

Georg Radow

**Georgius Radovius ... In Academia Rostochiensi Ad Hunc Actum Decanus ... Ad Disputationem Inauguralem Dn. Heinrici Ab Hatten ... Die IIX. Mensis Decembris solenni more habendam ... invitat : [P. P. Rost. sub Sigill. Facult. Iurid. 29. Novembr. An. M.DC.LXVIII.]**

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740058185>

Druck Freier  Zugang




Venerabilis Gelerorum

RU für 1668

Georg Radovius, Pr. 16

Heinr. v. Matthen, Post

Mit Frey



35  
GEORGIUS  
RADOVIUS,

J.U.D. & Prof. Publ.

FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ACADEMIA ROSTOCHI-  
ENSI ADHUNC ACTUM

DECANUS

Suo & Dnn. Collegarum nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DN. HEINRICI  
AB HATTEN.

HOLSATI,

*Die 11X. Mensis Decembris*

*solenni more habendam.*

Magnificum DN. RECTOREM, Amplissi-  
mum utriusq; Reipubl. Senarum & cæteros  
omnes omnium ordinum Cives Academicos,  
Literatos, ac literarum Fautores,  
Reverenter, officiosè & amicè invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



## I. N. D.



Legans dictum est, & omni juri, divino pariter ac humano, conveniens, Jcti Javoleni ex lib. 7. Epist. desumptum; Non potest dolo carere, qui Imperio Magistratus non paruit. Idq; adeo antequi juris compilatoribus placuit, ut in regulam juris civilis, uti videre est in l. 99. de R. J. transfret. Quoniam enim consociata hominum multitudo, quam civitatem, seu convenientem imperantium ac parentium ordinem, dicimus, sine regimine superiori subsistere, aut firma constare nequit, ipsa utilitas, juxta ac necessitas communis vite, magistratum suavit; Nam Respub. que forma & anima civitatis esse debet, Arist. l. 3. Pol. c. 3. & 4. & l. 4. c. II. sine jubendi ac parendi ordine, nec fingi quidem, nedum esse potest, sed in meram degenerat Anarchiam, ubi nec obsequii gloria, nec imperii ulla dignitas est. Quemadmodum enim homo, nisi membra, eundem constituentia, ac integrantia naturali ordine cohereant & reciproco adjutorio, sese adjuvent, & sustentent, esse non potest, sic sine magistratu in perplexam ac confusam multitudinem degenerat civitas: quia omnis hominum congeries atq; confluentia, sine hoc vinculo atq; cemento, turba est. Quapropter verè Cic. l. 3. de LL. opus esse magistratibus, quod sine illis civitas rectè constitui non possit. Tam est n. necessarius in civitate magistratus; ut, ex communi Politicorum dogmate, satius sit, esse malum, quam omnino nullum, in societate civili regimen. Idq; exempla familiarum, ex quibus civitas collecta est, exactè docent: quan-

do

do enim Patrem-familias domo discessisse intelligunt liberi ac servi,  
illi in licentiam, hi in insolentiam, qua hactenus unius auctoritate,  
ac reverentia compressa fuit, remoto rectore ruunt. Nec minus na-  
turalis ratio, apud gentes moratiores, magistratum fovet, ne in simul-  
tates & odia privata discedant, quibus privata domus major, ac sa-  
luta publica, cura est: sublata igitur, vel lesa duntaxat, aut violata,  
dignitate magistratus, ipsa salus publica periclitatur, & viciosi homi-  
nes in scdam & vitiam confusionem abeunt. Fuerunt olim, nec de-  
sunt in nostro etiam seculo, qui magistratus Imperium eliminatum  
eunt, adeoque evidenti lumini natura repugnant, dum omnem rerum  
civilium ordinem, scelera opinione, evertere conantur. Nec tantum  
Donatista, qui omnem magistratus auctoritatem respuunt; & Ana-  
baptista, qui magistratum Christiane libertati adversum esse fingunt,  
vel si mavis, nugantur, sed & inter illos, qui orthodoxa religionis no-  
men profitentur, tales perversi ordinis censores & affirmatores repe-  
riuntur: Hos tamen pacis ac quietis publica turbatores, non tantum na-  
turalis & civilis ratio, atque adeo ipsa experientia felicium & infelicium  
eventuum refutat: quod, per bellum facit Oratio Julii Caesaris ad milites tu-  
multuantes, apud Dion. Cass. lib. 41. p. m. 165. & seqq. Sed & ipse Codex  
sacer, qui veteris ac novi Testamenti precepta continet, illorum fraudes  
atque argutias detegit, ipsosque oculos boni ordinis rubore justo confundit.  
Deus ipse in veteri testamento populo suo magistrat<sup>o</sup> constituit & impera-  
di modum illis prescripsit Deut. 1. 16. & 18. Et per me, inquit sapientia,  
Reges regnant, & dominatores decernunt justitiam. Per me  
Principes gerunt principatum, & ingenui omnes Judices terræ  
Prov. 8. vers. 15. 16. junge Dan. 2. vers. 21. In novo autem Testamen-  
to, Apostoli Christi docent, omnem animam, h. e. hominem, secularis  
sive ecclesiastici sit officii, potestatibus sublimioribus, b. e. quibus  
jus fas est imperare, subesse: quia non est potestas, nisi à Deo, Rom.  
13. & ad Tit. 3. Petr. 1. c. 2. Hinc magistratus dicuntur ministri Dei  
Paul. ad Rom. d. c. vs. 4. 6. qui Judicium Dei non hominum exercere  
perhibentur, & inde etiam Dei appellantur terrestres & filii altissimi  
Psalm.

**Psalm. 32.** qui vicariam Dei operam in terris subeunt & administrant.  
**Vere Iren:** Cujus jussu homines nascuntur: hujus jussu & reges constituuntur apti his, qui in illo tempore ab illis regantur. Illud certissimum est, quod illis, qui Dei ordinationi resistunt, & contra magistratus imperium insurgunt, non id princeps studium sit, ut magistratus omnis, seu ordo parentium & imperantium ex civitate evellatur, & eliminetur; sed vel ipsi ad Imperii fasces provebantur, vel illi quorum necessitudine arctius constringuntur, & in quibus licentiosus obsequium sperant: nam qui magistratu rebellant, sine alio id magistratu nequaquam possunt. Ita cum plebei Quirites Consulium ac nobilitatis Romana Imperium exosum haberent, & vel planè recusarent, & in montem sacrum, vel Aventinum, vel Janiculum, uti Gell. l. 15. c. 27. & Liv. lib. 3. testantur, secederent, non hoc egerunt, ut omnis magistratus ex civitate Romanà expelleretur, sed ut tribuni plebis crearentur, & leges Patribus prescriberentur. **Tanta enim in omni civitate necessitas atque utilitas est Magistratus, ut sine interitu totius eum tollere neutiquam possis, sunt siquidem Principes civitatis** l. 15. §. 9. ff. de excus. tut. quorum suprema lex esse debet salus populi: adeoq; non minus necessarii, sunt, quam ipse leges in civitate. Imò si rem omnem exactius expendamus, cum sapientissimo Platone statuendum erit, conducibilis esse populo habere bonos magistratus, quam Leges: Ut ut enim haec sint ipsum Reipb. vinculum, quo corpus civile continetur, ut scilicet boni premiis ad virtutis cultum excitentur, mali autem poenarum metu à delictis deterreantur l. 1. ff. de J. & J. l. 1. 2. ff. de LL. at tamen virtus & autoritas Legum non consistit in duodecim tabulis eboreis, nec in scripturâ vel quavis aliâ membranâ aurea vel plumbea bullâ munita, sed ut sint, qui eas interpretentur. Quantum enim est, dicit Pomponius, jus in civitate esse, nisi sint, qui jura regere, i. e. Leges executioni demandare, & calumniantium iniquitates expellere, possint, l. 2. ff. de O. J. Quod itaq; Marcianus Jctus de Jure honorario dixit, idem Cicero rectè ad Magistratum refert, Magistratus, inquit, lex est loquens,

quens. lib. 3. de LL. & alibi: Legum ministri magistratus: Legum interpretes iudices. Ideo Deus iratus, apud Esa. c. 3. ait: Auferam robustum & robustam, robur panis & robur aquæ, gigantem & potentem, & hominem bellatorem & JUDICEM. & Chryf. ad d. l. Iudices, inquit, non minus sunt usui moderandis civitatibus, atque eisdem tuendis, quam sunt bellatores. Lex quidem iudicat quid faciendum sit, sed ipsa, non facit; Lex ad instar medicina virtutem curandi morbum habet, sed ipsa non medetur: adhibendus ergo applicandis legibus bonus Magistratus, qui novis, ceu optimus medicus, leges cum Judicio negotiis civilibus accommodare. Quemadmodum autem Bonus magistratus salutem populi, ut jus suum cuicumque ex aequo tribuatur, semper, tanquam Magister navis, ne à recto cursu deflectat, belicen, intuetur: Sic præ omnibus cavere debet, ne quis temerarius insurgat suæ dignitatis obtrektor: dum enim cuiq; suum tribuit, hoc agere in super debet, ut sartam tectam servet propriam dignitatem. Et sic, dum Jurisdictionem suam, Imperiumve à Deo concessum, per legitimos juris trames defendat, non iniquè in propria causa Judex competens dicitur, & inobedientiam subditorum debitis modis coercet. Dei enim mandatum est, & nullo quidem ausu violandum, quo magistratui precipienti parere atq; obedire debent subditi, qui enim resistit potestati, inquit Apostolus, Dei ordinationi resistit, adeoq; non homo homini, sed homo Deo, qui solium magistratus firmat, repugnat. Sic murmurantes & rebelles contra Moysen, Deus, quasi divina & tremenda suæ majestatis reos, summo supplicio affecit: parendum enim est & impio magistratui, nisi impia precipiat c. qui resistit 97. c. II. 3. Debent proinde, qui magistratus munia sustinent, singulari cura prospicere, ut justè decernant, & decretis, ne videantur nudum campanæ sonitum edere, robur tribuant. Hoc n. si non fecerint, leges pariter ac auctoritatem suam ludibrio exponunt, justitiam protrahunt, & inobedientibus, propter nimiam indulgentiam, ulterius peccandi ansam præbent. Egregiè hæc facere videntur, quæ Cæsar. d. l. & inclitus Historicus l. 4.



ann. scribit: Principibus summum rerum iudicium Dii dederunt; subditis obsequii gloria relicta est. Si itaq; refractarii & rebelles, posthabita obsequii gloria, fuerint subditi, in Deum pariter ac magistratum injuriosi sunt, nec illam injuriam impune ullo jure ferunt. Hinc, ut propius ad jus civile accedamus, illa Lex 12. tab. de qua Cic. l. 3. de LL. Magistratus, non obediente vi, & noxium civem, multa, vinculis, verberibusq; coerceat: ni par majorve potestas populusq; prohibessit. Et Ulp. in l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp. Omnibus Magistratibus secundum jus potestatis suae, concessum est, jurisdictionem suam defendere poenali iudicio. Quia nullus magistratus, salvo imperio, pati potest, ut auctoritas sua, quae apud omnes sancta & inviolabilis esse debet, ab illis, qui obtemperare ejus iussionibus debent, contemnatur: ideo Javolenus eum relictissime doli, b. e. delicti reum facit, qui Magistratus imperio non paret: Uti excusantur, qui justam absentiam causam habent, unde Clem. V. Pontif. in clem. Pastoralis de re judic. Qua ratione, scribit, audere, quis teneretur, consistorii talis subire iudicium, & se in hostium sinu reponere, ac ad mortem per violentam injuriam, non per justitiam inferendam ultroneum se offerre? Hæc quidem jure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Desiperet igitur, qui citationem hujusmodi saperet arctare citatum. Quemadmodum itaq; teste usu fori, magna, ut plurimum, de contumacia vel coercenda, vel excusanda suboriuntur questiones; Dum modo iudex sollicitus est, quomodo contumaces & contemtores suae dignitatis ex merito coercere, imperium suum illibatam servare, atque ita jus suum ex aequo cuiq; tribuere possit: modo actor, ut in contumacem reum sententia feratur, urget: modo reus, ne precipiti iudicio obruatur sed purgatio contumaciae, quam nullam se admisisse putat, admittatur, rogat: Sic Nobilis & Præclarus Vir DN. HEINRICUS AB HATTEN, J. U. Candidatus præstantissimus, particulam illam Jurisprudentia, quae de Contumacia agit, loco Disputationis inauguralis examinandam,

dam, & publica solennit̄, velitationi submitte[n]dam, ex lat̄i fundio ju-  
ris, elegit; materiam cæterum suo encomio & utilitate celebrem. Ut  
autem, secundum receptum in hâc Academiâ morem, illa, quæ ad hujus  
Cãdidati commẽdationẽ & ad majorem inauguralis ejus Disputationis  
solennitatem facere videbuntur, programme hoc publico pramit-  
tantur, de nobili ejus prosapia & honestis studiis, quadam, prout pa-  
ginarum ratio patitur, enarrabimus.


Natus a. is est, in Holsatiâ, Parentibus genere ac virtute nobilissimis,  
Patrem enim habuit Virum Nobilissimum ac Consultissimum,  
DN. CHRISTIANUM AB HATTEN, J Ctum, S. R. Maj. Dani-  
cæ, nec non Sereniss: Ducis Cimbrorum, & Illustriss. Comitis  
Oldenburgensis Consiliarium gravissimum & fidelissimum:  
Matrem autem fœminam Nobilissimam, & omni virtutum de-  
eore fulgidissimam, REGINAM Schönbach. Avus Paternus ipsi  
fuit Vir Magnificus, Nobilissimus & Excellentissimus DN.  
HEINRICUS AB HATTEN, J Ct. celeberrimus, S. R. Maj. Dani-  
cæ, & Ducis Cimbrorum Consiliarius, ut & Cancellarius Provin-  
cialis Holsatiæ disertissimus. Avus autem maternus Vir Nobi-  
lissimus, Consultissimus & Amplissimus DN. JOHANNES  
Schönbach / J Ctus Clarissimus, & S. R. Maj. Daniæ uti & Se-  
reniss. Ducis Cimbrorum Consiliarius dignissimus. His majori-  
bus, ut alios summa dignationis taceam, natus, à primâ statim in-  
fantiâ bonis præceptoribus privatim commendatus est: jactis autem  
artium liberalium fundaminibus, consilio suorum, Anno Christi 1660.  
cum annum ætatis vigesimum ageret, in Academiam Juliam, ut Phi-  
losophiæ moralis ac Jurisprudentiæ principia addisceret, concessit.  
Inde se, post exactum biennium, cum interim Hassiæ Academiâ vi-  
sitaasset, in Electoralem Academiam, quæ Heidelbergæ est, ut studia  
feliciter cœpta continuaret, se contulit, & per integrum biennium  
ibidem studiorum causa subsistit. Postea Saxonicarum Academia-  
rum celebritate allectus, in Wittebergensem Academiam migravit, i-  
biq; studio jurisprudentiæ sedulo vacavit. Cum autem interim, sub  
felicissimo

42  
felicitissimo auspicio Sereniss. Cimbrarum Ducis, Academia Patria, quae  
Chilimj est, inauguraretur, ex Wittebergensi redux, in eam se conver-  
tit, & ut studiorum suorum specimen publicè ederet, sub praesidio Vi-  
ri Consultissimi & Excellentissimi DN. HEINRICI MICHAELIS, J. U. D. & Prof. celeberr. nunc Lubecensium Syndici di-  
gnissimi, amici nostri honorandi, Disputationem, de Inquisitione  
criminali, defendit. Ante annum autem, & quod quadrantem  
anni excurrit, cum hanc nostram Rhodopolin primum salutaris, Ho-  
spitio ac privata informatione, Viri Consultiss. & Excellentissimi  
DN. HEINRICI RUDOLPHI Hedeker/Prof. P. & Consil. Meche-  
lenb. Celeberr. collegaq; nostri conjunctissimi, sedulo usus est,  
ita tamen ut nec reliquorū Excellentissimorū Dnn. Collegarum publicas  
lectiones, & studia privata negligeret, sed ubi vis se bonū civem Acade-  
micū, & jurisprudentia, cui extremam manū imponere satagit, stu-  
diosissimum se exhiberet. Cum itaq; certam haberet studiorum suorum  
fiduciam, in spem legitimè acquirendi virtutis & eruditionis premia,  
nomen suum Amplissime Facultati Juridica professus est, & ut inter  
Candidatos juris numeretur, decenter impetravit, talemq; se, in nu-  
pero examine privato, praestitit, cui licentia, pro summis in jure ho-  
noribus, disputandi, communi suffragio decerneretur. Constituit pro-  
inde Disputationem inauguralem, DE CONTUMACIA, satis accuratè  
compilatam, Octavo die Decembris, publica censura submittere.

Ut autem actus hic solennis eò augustior reddatur, Ego,  
meo & Ampl. Facult. Jurid. nomine, Magnificum Dn. RECTO-  
REM, Venerandos utriusq; Reip. Patres conscriptos, Excellentiss.  
Dnn. Professores, Celeberrimos omnium Facultatum Doctores,  
Fidelissimos Verbi Divini ministros, nec non Nobilissimam stu-  
diosae Juventutis Coronam, ac denique omnes Literatos, & li-  
terarū Fautores, eā, quā par est, observatiā & humanitate rogo,  
ut dignentur, ad d. diē aliis suis negotiis tantū subducere, & hu-  
ic Praclaro Dn. Cādido linguīs animisq; favere. Hoc beneficii  
genus, ut ille officiosā mente venerabitur, sic ego idem illud, om-  
ni studiorum genere demerebor & compensabo. Valete. P. P.  
Rost. sub Sigill. Facult. Jurid. 29. Novembr. An. M. DC. LXVIII,


\*\*\*\*





dam, & publica solenni, velitationi submitten-  
ris, elegit; materiam cæterum suo encomio & u-  
autem, secundum receptum in hac Academiâ mo-  
Candidati commédationē & ad majorem inaugu-  
solennitatem facere videbuntur, programmate  
tantur, de nobili ejus prosapia & honestis studi-  
ginarum ratio patitur, enarrabimus.

Natus a. is est, in Holsatiâ, Parentibus genere ac  
Patrem enim habuit Virum Nobilissimum ac  
DN. CHRISTIANUM AB HATTEN, JCu-  
cæ, nec non Sereniss: Ducis Cimbrorum, &  
Oldenburgensis Consiliarium gravissimum  
Matrem autem foeminam Nobilissimam, &  
core fulgidissimam, REGINAM Schönba-  
fuit Vir Magnificus, Nobilissimus & Exc  
HEINRICUS AB HATTEN, JCu. celeberrimus  
& Ducis Cimbrorum Consiliarius, ut & Ca-  
cialis Holsatiæ disertissimus. Avus autem m-  
lissimus, Consultissimus & Amplissimus D-  
Schönbach/ JCuus Clarissimus, & S. R. M-  
reniss. Ducis Cimbrorum Consiliarius digni-  
bus, ut alios summa dignationis taceam, natus,  
fantiâ bonis preceptoribus privatim commenda-  
artium liberalium fundaminibus, consilio suoru-  
cum annum ætatis vigesimum ageret, in Academ-  
lofobia moralis ac Jurisprudentiæ principia a-  
Inde se, post exactum biennium, cum interim E-  
fisset, in Electoralem Academiam, qua Heidelb-  
feliciter cœpta continuaret, se contulit, & per i-  
ibidem studiorum causa substitit. Postea Saxo-  
rum celebritate allectus, in Wittebergensem Aca-  
big; studio jurisprudentiæ sedulo vacavit. Cum



ndio ju-  
rem. Ut  
ad hujus  
tationis  
pramit-  
rout pa-  
lissimis,  
imum.  
. Dani-  
Comitis  
num:  
um de-  
nus ipse  
s DN.  
banicæ,  
Provin-  
Nobi-  
NNES  
ti & Se-  
majori-  
tim in-  
autem  
isti 1660.  
ut Phi-  
oncessit.  
rias vi-  
Budia-  
nium  
demia-  
radit, i-  
m, sub  
icissimo